



FACULTADE DE FILOLOXÍA
FACULTADE DE HUMANIDADES
DEPARTAMENTO DE LATÍN E GRIGO

Lingua Latina 2

Ramón Baltar Veloso

María Concepción Fernández López

GUÍA DOCENTE E MATERIAL DIDÁCTICO

2011/2012

FACULDADE DE FILOLOXÍA. FACULDADE DE HUMANIDADES. DEPARTAMENTO DE
LATÍN E GRIEGO

AUTORES: Ramón Baltar Veloso, María Concepción Fernández López
Edición electrónica. 2011

ADVERTENCIA LEGAL: Reservados todos os dereitos. Queda prohibida a duplicación total ou parcial desta obra, en calquera forma ou por calquera medio (electrónico, mecánico, gravación, fotocopia ou outros) sen consentimento expreso por escrito dos autores.

G5071112 - Lingua Latina 2 (Formación Básica (elixir 1 lingua, niveis 1 e 2) - Curso 2011/2012

- Créditos ECTS: 6.00
- Horas ECTS: 51.0
- Clase Expositiva: 32.00
- Clase Interactiva Seminario: 16.00
- Horas de Titorías: 3.00
-
- Materia Ordinaria Grao RD 1393/2007
- Departamentos: Latín e Grego
- Áreas: Filoloxía Latina
- Centro: Facultade de Filoloxía
- Convocatoria: 2º Semestre de Titulacións de Grao/Máster
- Docencia e Matrícula: Primeiro Curso (1º 1ª vez)

Profesor

BALTAR VELOSO, RAMON

Horario

	Lingua Latina 2	Lingua Latina 2	Lingua Latina 2
L. M. Merc 12:00-13:00	CLE01 (Clase Expositiva) Aula 22	CLE01 (Clase Expositiva) Aula 22	Grupo CLIS_02 (Clase Interactiva Seminario) Aula 6
/ Merc 13:00-14:00			Lingua Latina 2 Grupo CLIS_01 (Clase Interactiva Seminario) Aula 6

Programa

Existen programas ([Inicio](#) » [Centros](#) » [Facultade de Filoloxía](#) » Información da Materia) en • [Castelán](#) • [Galego](#)

Obxectivos da materia

O módulo de Formación Básica, común a todos os graos da Facultade de Filoloxía da USC ofrece coñecementos xerais aos alumnos para que poidan abordar con éxito o estudo instrumental lingüístico e literario das linguas. Este módulo común ten por finalidade: a)- asentar as bases para afrontar adecuadamente en cursos sucesivos as materias específicas do Maior, do módulo de Materias complementarias e do Minor de cada grao; b)- asegurar que todos os estudantes dos graos ofertados pola Facultade adquiran os mesmos coñecementos.

Contidos

XERAIS:

- Traducción de textos latinos de dificultade media.
- Repaso xeneral de gramática: estudo específico da sintaxe básica
- Sintaxe nominal. Sintaxe dos casos.
- Sintaxe verbal.
- Lecturas obrigatorias

ESPECÍFICOS:

I- TEXTOS

- 1.- CATULO: Selecta de 'Catulli Veronensis Liber' (Carm. 1, 2, 3, 5, 7, 8, 26, 51, 52, 85, 86, 101)
- 2.- SALUSTIO: Selecta de 'Bellum Catilinae' (Caps. 1-5, 14-15, 17-29, 31-32, 50-52, 59-61)
- 3.- E no seu caso, textos doutros autores para apoiar as explicacións teóricas: Virxilio: concordancia adiectiva, participios, infinitivos; Plinio el Mozo: Cartas.

TEMAS DE GRAMÁTICA

- 1.- Tipos de oraciones: declarativas, imperativas, interrogativas
- 2.- Orden de palabras
- 3.- Sintaxis nominal. Sintaxis dos casos.
- 4.- Sintaxis verbal
- 5.- Subordinación. Estilo indirecto

III- LECTURAS OBRIGATORIAS

Selección de textos en traducción (pasos señalados polo profesor) pra elaboración de traballo: Os Germanos en Tácito

Bibliografía básica e complementaria

MANUAIS

- Serbat, G., Les structures du latin, Paris, 1994 (4ª edición).
- Rubio, L., Introducción a la sintaxis estructural del latín, Barcelona, 1966/1984.
- Pinkster, H., Sintaxis y semántica del latín, traducción española, Madrid, 1984/1995.
- Bassols de Climent, M., Sintaxis latina, 2 vols., Barcelona, 1956.
- Valentí Fiol, E., Sintaxis latina, Barcelona, 1999.

DICCIONARIOS ESPECIALS

- Ernout, A. – A. Meillet, Dictionnaire étymologique de la langue latine, Paris 1985.
- Gaffiot, F., Dictionnaire illustré latin-français, Paris 1999.
- Glare, P.G.W. (Ed.), Oxford Latin Dictionary, Oxford 1996.
- Lewis, C.T. - Ch. Short, A Latin Dictionary, Oxford 1975.

Diccionarios de mitoloxía e institucións

- Grimal, P., Diccionario de la mitología griega y romana, trad. española, Barcelona 1951/1990
- Guillén, J., Urbs Roma. Vida y costumbres de los romanos, Salamanca 1980
- Hacquard, G., Guía de la Roma antigua, trad. española, Madrid 1995
- Jenkins, I., La vida cotidiana en Grecia y Roma, Madrid 1998
- Marrou, H.I., Historia de la educación en la Antigüedad, Ed. Akal, Madrid 1985

CATULO (edicións)

Fernández Corte, J.C. – J.A. González Iglesias, Madrid 2006
Lafaye, G., Collection Budé, Paris 1966
Lee, G., Oxford University Press, 1991
Paolicchi, L., Roma-Salerno 1998
Petit, J., Barcelona 1981

SALUSTIO (edicions)

Opera omnia

Ernout, A., Collection Budé, Paris 1941
Kurfess, A., Teubner, Leipzig 1957
Lipparini, G., Zanichelli, 1955/1984
Reynolds, L.D., Oxford Classical Texts, Oxford 1991
Rolfe, J.C., Loeb Classical Library, London 1921

Bellum Catilinae

- Bassols, M., Alma mater, Barcelona 1954
- Díaz y Díaz, M., Gredos, Madrid 1966
- Pabón, J.M., Madrid 1940 (sólo texto latino)
- Pabón, J.M., Madrid 1942 (con notas)

Competencias

As competencias e resultados que o alumno ten que adquirir unha vez superado o módulo da materia básica Lingua Clásica: Latín, de maneira xeneral chegarán a un dominio básico da Lingua Latina Clásica, fundamentalmente por medio de exercicios de análise gramatical dos textos latinos e do dominio dos recursos máis xenéricos da traducción de textos de dificultade crecente. Coa realización deste módulo o alumno terá alcanzado un dominio xeneral da gramática do latín e adquirido, de modo progresivo, un vocabulario básico; practicará asimismo un manexo adecuado dos instrumentos de traballo e consulta: gramáticas, dicionarios, obras de referencia. Ademais logrará, a nivel básico, a capacidade de valorar o carácter literario dos textos obxecto de estudo, nos seus rasgos de xénero e estilo.

Metodoloxía

O método de ensinanza aséntase en dous principios: nas explicacións teóricas dos profesores e no esforzo individual dos alumnos. O traballo na aula consistirá tanto na exposición teórica por parte dos profesores coma na lectura, interpretación e traducción por parte dos alumnos.

O traballo sobre os textos consistirá en:

- lectura en alta voz do texto que será obxecto de comentario e traducción;
- comentario de - transmisión do texto, problemas se os houberse, comprensión do aparato crítico - explicación analítica dos aspectos lingüísticos e discusión - sabor e estilo literario - contextualización
- traducción (traduccions)

O traballo do alumno nas horas non presenciais consistirá no estudo dos temas de gramática (sintaxis), na preparación dos textos que serán comentados nas clases presenciais e na lectura das obras indicadas no programa. Unha sesión ao mes estará dedicada a resolver cuestións sobre a lectura obligatoria. Desa lectura faranse controis, que contarán na cualificación final da materia.

Sistema de avaliación da aprendizaxe

1- Asistencia e participación: Valoraranse a asistencia regular a clase e a participación atenta nas distintas actividades: 20 %.

2-Contidos da materia: Dominio dos contidos teóricos e prácticos, mediante a superación das probas que se farán ao longo do cuadrimestre e que consistirán en:

2.1- Traducción con diccionario dun fragmento non visto en clase de un dos autores sinalados no programa: 10% .

2.2- Probas (/sintagmáticas) de vocabulario: 10%

2.3- Controis de lectura da monografía sinalada como lectura obrigatoria: 10%

3- Traballos escritos: Valoraranse a calidade, a presentación e a exposición: 10%

4- Exame final: 40%

Na convocatoria do mes de xullo aplicaránse os mesmos criterios que na convocatoria de maio-xuño, en resumen:

Asistencia e participación + Asistencia regular + Participación activa + Notas do profesor = 20%

Contidos da materia + Dominio de contidos teóricos e prácticos + Exames e control de lectura = 70%

Traballos + Calidade e presentación + Traballo individual = 10%

Distribución e calendario de actividades

Período lectivo: Segundo semestre: febreiro – xunio

Tipo de actividades:

*Presenciais que inclúen sesións expositivas, sesións de seminario, sesións de titorías programadas e sesións específicas de avaliación

*Non presenciais que inclúen as actividades obrigatorias dirixidas polos profesores, como lecturas, preparación de exercicios e elaboración de traballos, así como as actividades do alumno para completar seu aprendizaxe da materia

Calendario

Xaneiro- Febreiro

Teoría 4 h.

Práctica (exercicios, traducción de textos) 7 h.

Titoría 1h.

Avaliación 1h.

Marzo

Teoría 3 h.

Práctica (exercicios, traducción de textos) 7 h.

Titoría 1h.

Avaliación 1h.

Abril

Teoría 2 h.
Práctica (ejercicios, traducción de textos) 6 h.
Tutoría 1h.
Avaliación 1h.

Maio
Teoría 4 h.
Práctica (ejercicios, traducción de textos) 7 h.
Tutoría 1h.
Avaliación 1h.

MATERIAL DOCENTE

1.- CATULO, SELECTA

I. ad Cornelium

CVI dono lepidum nouum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas
iam tum, cum ausus es unus Italorum 5
omne aeuum tribus explicare cartis
doctis, Iuppiter, et laboriosis.
Quare habe tibi quidquid hoc libelli
qualecumque; quod, patrona uirgo
plus uno maneat perenne saeclo. 10

III. fletus passeris Lesbiae

LVGETE, o Veneres Cupidinesque,
et quantum est hominum uenustiorum:
passer mortuus est meae puellae,
passer, deliciae meae puellae,
quem plus illa oculis suis amabat; 5

nam mellitus erat suamque norat
ipsam tam bene quam puella matrem,
nec sese a gremio illius mouebat,
sed circumsiliens modo huc modo illuc
ad solam dominam usque pipiabat. 10
Qui nunc it per iter tenebricosum
illuc, unde negant redire quemquam.
At uobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella deuoratis;
tam bellum mihi passerem abstulistis. 15
O factum male! o miselle passer!
tua nunc opera meae puellae
flendo turgiduli rubent ocelli.

V. ad Lesbiam

VIVAMUS mea Lesbia, atque amemus,
rumoresque senum seueriorum
omnes unius aestimemus assis!
Soles occidere et redire possunt;
nobis cum semel occidit breuis lux, 5
nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
dein mille altera, dein secunda centum,
deinde usque altera mille, deinde centum.
Dein, cum milia multa fecerimus, 10
conturbabimus illa, ne sciamus,
aut ne quis malus inuidere possit,
cum tantum sciat esse basiorum.

VIII. ad se ipsum

MISER Catulle, desinas ineptire,
et quod uides perisse perditum ducas.
Fulsere quondam candidi tibi soles,
cum uentitabas quo puella ducebat

amata nobis quantum amabitur nulla. 5
Ibi illa multa cum iocosa fiebant,
quae tu uolebas nec puella nolebat.
Fulsere uere candidi tibi soles.
Nunc iam illa non uult; tu quoque, impotens, noli,
nec quae fugit sectare, nec miser uiue, 10
sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale puella. Iam Catullus obdurat,
nec te requiret nec rogabit inuitam;
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.
Scelestas, uae te, quae tibi manet uita! 15
Quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
quem nunc amabis? cuius esse diceris?
quem basiabis? cui labella mordebis?
At tu, Catulle, destinatus obdura.

XXVI. ad Furium

FVRI, uillula uestra non ad Austri /uostra, nostra: edd.
flatus opposita est neque ad Fauoni
nec saeui Boreae aut Apheliotae,
uerum ad milia quindecim et ducentos.
o uentum horribilem atque pestilentem!

LI. ad Lesbiam

ILLE mi par esse deo uidetur,
ille, si fas est, superare diuos,
qui sedens aduersus identidem te
spectat et audit
dulce ridentem, misero quod omnis 5
eripit sensus mihi: nam simul te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mi
*** /uocis in ore: Ritter
lingua sed torpet, tenuis sub artus
flamma demanat, sonitu suo 10

tintinant aures gemina, teguntur
lumina nocte.

Otium, Catulle, tibi molestum est;
otio exsultas nimiumque gestis;
otium et reges prius et beatas 15
perdidit urbes.

LII. in Nouium

QVID est, Catulle? quid moraris emori?
sella in curuli struma Nonius sedet,
per consulatum peierat Vatinius:
quid est, Catulle? quid moraris emori?

LXXXV. ad Lesbiam

ODI et amo. Quare id faciam, fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

LXXXVI. ad Quintiam et Lesbiam

QVINTIA formosa est multis, mihi candida, longa,
recta est: haec ego sic singula confiteor.
Totum illud formosa nego; nam nulla uenustas,
nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est, quae cum pulcerrima tota est, 5
tum omnibus una omnis surripuit Veneres.

CI. ad inferias fratris

MVLTRAS per gentes et multa per aequora uectus
aduenio has miseras, frater, ad inferias,
ut te postremo donarem munere mortis
et mutam nequiquam alloquerer cinerem.
quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum.
heu miser indigne frater adempte mihi,
nunc tamen interea haec, prisco quae more parentum

tradita sunt tristi munere ad inferias,
accipe fraterno multum manantia fletu,
atque in perpetuum, frater, aue atque uale.

2.- SALUSTIO, BELLUM CATILINAE (SELECTA)

Caps. 1-4: Proemio

[1] Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne uitam silentio transeant ueluti pecora, quae natura prona atque uentri oboedientia finxit. Sed nostra omnis uis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis seruitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est. Quomihic rectius uidetur ingeni quam uirium opibus gloriam quaerere et, quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. Nam diuitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, uirtus clara aeternaque habetur.

Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, uine corporis an uirtute animi res militaris magis procederet. Nam et, prius quam incipias, consulto et, ubi consulueris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget.

[2] Igitur initio reges—nam in terris nomen imperi id primum fuit—diuorsi pars ingenium, alii corpus exercebant: etiam tum uita hominum sine cupiditate agitabatur; sua cuique satis placebant. Postea uero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere, lubidinem dominandi causam belli habere, maxumam gloriam in maxumo imperio putare, tum demum periculo atque negotiis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atque imperatorum animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret, aequabilius atque constantius sese res humanae haberent

neque aliud alio ferri neque mutari ac misceri omnia cerneret. Nam imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continentia et aequitate libido atque superbia inuasere, fortuna simul cum moribus inmutatur. Ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transferetur.

Quae homines arant, nauigant, aedificant, uirtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti uentri atque somno, indocti incultique uitam sicuti peregrinantes transiere; quibus profecto contra naturam corpus uoluptati, anima oneri fuit. Eorum ego uitam mortemque iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. Verum enim uero is demum mihi uiuere atque frui anima uidetur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.

[3] Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; uel pace uel bello clarum fieri licet; et qui fecere et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et actorem rerum, tamen in primis arduum uidetur res gestas scribere: primum, quod facta dictis exaequanda sunt; dehinc, quia plerique, quae delicta reprehenderis, maleuolentia et inuidia dicta putant, ubi de magna uirtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea ueluti ficta pro falsis ducit.

Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique, studio ad rem publicam latus sum ibique mihi multa aduersa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro uirtute audacia, largitio, auaritia uigebant. Quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta uitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur; ac me, cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem, qua ceteros, fama atque inuidia uexabat.

[4] Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requieuit et mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decreui, non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere neque uero agrum colundo aut uenando seruilibus officiis, intentum aetatem agere; sed, a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna uidebantur, perscribere, eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus rei publica animus liber erat. Igitur de Catilinae coniuratione, quam uerissime potero, paucis absoluam; nam id facinus in primis ego memorabile existumo sceleris atque periculi nouitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

Caps. 5 y 14-15: Retrato de Catilina

[5] L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna ui et animi et corporis, sed ingenio malo prauoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia ciuilis grata fuere ibique iuuentutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, algoris, uigiliae supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolanus, uariis, cuius rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. Vastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem L. Sullae lubido maxuma inuaserat rei publicae capiundae; neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memorauimus. Incitabant praeterea corrupti ciuitatis mores, quos pessuma ac diuorsa inter se mala,

luxuria atque auaritia, uexabant.

Res ipsa hortari uidetur, quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit, supra repetere ac paucis instituta maiorum domi militiaeque, quo modo rem publicam habuerint quantamque reliquerint, ut paulatim inmutata ex pulcherruma atque optuma pessuma ac flagitiosissima facta sit, disserere. [...]

[14] In tanta tamque corrupta ciuitate Catilina, id quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum cateruas habebat. [...]

Caps. 17-29: Derrota de Catilina en dos escrutinios consecutiuos. Sucesión de procesos, alianzas.

[17] Igitur circiter Kalendas Iunias L. Caesare et C. Figulo consulibus primo singulos appellare, hortari alios, alios temptare; opes suas, inparatum rem publicam, magna praemia coniurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quae uoluit, in unum omnis conuocat, quibus maxuma necessitudo et plurimum audaciae inerat. Eo conuenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Ser. Sullae Ser. filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius; praeterea ex equestri ordine M. Fuluius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius; ad hoc multi ex coloniis et municipiis domi nobiles. Erant praeterea complures paulo occultius consili huiusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur quam inopia aut alia necessitudo. Ceterum iuuentus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinae inceptis fauebat; quibus in otio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. Fuere item ea tempestate, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum eius consili fuisse; quia Cn. Pompeius, inuisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cuiusuis opes uoluisse contra illius potentiam crescere, simul confisum, si coniuratio ualuisset, facile apud illos principem se fore.

[18] Sed antea item coniurauere pauci contra rem publicam, in quibus Catilina fuit. De qua, quam uerissime potero, dicam. L. Tullo et M'. Lepido consulibus P. Autronius et P. Sulla designati consules legibus ambitus interrogati poenas dederant. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequiuerat. Erat eodem tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae, egens, factiosus, quem ad perturbandam rem publicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius circiter Nonas Decembris consilio communicato parabant in Capitolio Kalendis Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum consules interficere, ipsi fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in Nonas Februarias consilium caedis transtulerant. Iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die post conditam urbem Romam pessimum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit.

[19] Postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognouerat. Neque tamen senatus prouinciam inuitus dederat; quippe foedum hominem a republica procul esse uolebat, simul quia boni conplures praesidium in eo putabant et iam tum potentia Pompei formidulosa erat. Sed is Piso in prouincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt, qui ita dicant: imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequiuisse pati; alii autem: equites illos, Cn. Pompei ueteres fidosque clientis, uoluntate eius Pisonem aggressos; numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeua multa antea perpressos. Nos eam

rem in medio relinquemus. De superiore coniuratione satis dictum.

Discurso de Catilina [20] Catilina ubi eos, quos paulo ante memorauit, conuenisse uidet, tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore credens uniuersos appellare et cohortari in abditam partem aedium secedit atque ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiusce modi habuit:

"Ni uirtus fidesque uostra spectata mihi forent, nequiquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignauiam aut uana ingenia incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus uos cognoui fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia uobis eadem, quae mihi, bona malaque esse intellexi; nam idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego quae mente agitaui, omnes iam antea diuersi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero, quae condicio uitae futura sit, nisi nosmet ipsi uindicamus in libertatem. Nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchae uectigales esse, populi, nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, uulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, iis obnoxii, quibus, si res publica ualeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiae apud illos sunt aut ubi illi uolunt; nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. Quae quousque tandem patiemini, o fortissimi uiri? Nonne emori per uirtutem praestat quam uitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enim uero, pro deum atque hominum fidem, uictoria in manu nobis est: uiget aetas, animus ualet; contra illis annis atque diuitiis omnia consenuerunt. Tantum modo

incepto opus est, cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui uirile ingenium est, tolerare potest illis diuitias superare, quas profundant in exstruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? Illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse? Cum tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, uexant, tamen summa lubidine diuitias suas uincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habemus praeter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? En illa, illa, quam saepe optastis, libertas, praeterea diuitiae, decus, gloria in oculis sita sunt; fortuna omnia ea uictoribus praemia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magna magis quam oratio mea uos hortantur. Vel imperatore uel milite me utimini! Neque animus neque corpus a uobis aberit. Haec ipsa, ut spero, uobiscum una consul agam, nisi forte me animus fallit et uos seruire magis quam imperare parati estis."

[21] Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quietam mouere magna merces uidebatur, tamen postulauere plerique, ut proponeret, quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum atque libido uictorum fert. Praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumuentum; cum eo se consulem initium agundi facturum. Ad hoc maledictis increpabat

omnis bonos, suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, compluris periculi aut ignominiae, multos uictoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat. Postquam omnium animos alacris uidet, cohortatus, ut petitionem suam curae haberent, conuentum dimisit.

[22] Fuere ea tempestate, qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad ius iurandum popularis sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem uino permixtum in pateris circumtulisse: inde cum post exsecrationem omnes degustauissent, sicuti in sollempnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eo +dicitare+ fecisse, quo inter se fidi magis forent alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli ficta et haec et multa praeterea existumabant ab iis, qui Ciceronis inuidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui poenas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

[23] Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores senatu probri gratia mouerant. Huic homini non minor uanitas inerat quam audacia: neque reticere, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulua, muliere nobili, stupri uetus consuetudo. Cui cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montisque polliceri coepit et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret, postremo ferocius agitare quam solitus erat. At Fulua insolentiae Curi causa cognita tale periculum rei publicae haud occultum habuit, sed sublato auctore de Catilinae coniuratione, quae quoque modo audierat, compluribus narrauit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas inuidia aestuabat et quasi pollui consulatum credebant, si eum

quamuis egregius homo nouus adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere.

[24] Igitur comitiis habitis consules declarantur M. Tullius et C. Antonius. Quod factum primo popularis coniurationis concusserat. Neque tamen Catilinae furor minuebatur, sed in dies plura agitare: arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuum Faesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps fuit belli faciendi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adsciuisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis tolerauerant, post, ubi aetas tantummodo quaestui neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. Per eas se Catilina credebat posse seruitia urbana sollicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere sibi uel interficere.

[25] Sed in iis erat Sempronia, quae multa saepe uiriliter audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea uiro atque liberis satis fortunata fuit; litteris Graecis et Latinis docta, psallere et saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit; pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres; libido sic accensa, ut saepius peteret uiros quam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, caedis conscia fuerat; luxuria atque inopia praeceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum: posse uersus facere, iocum mouere, sermone uti uel modesto uel molli uel procaci; prorsus multae facetiae multusque lepos inerat.

[...]

[28] Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris C. Cornelius eques Romanus operam suam pollicitus et cum eo L. Vargunteius senator constituere ea nocte paulo post cum armatis hominibus sicuti salutatum introire ad Ciceronem ac

de inproviso domi suae inparatum confodere. Curius ubi intellegit, quantum periculum consuli inpendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enuntiat. Ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare egestate simul ac dolore iniuriae nouarum rerum cupidam, quod Sullae dominatione agros bonaque omnis amiserat, praeterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat, nonnullos ex Sullanis coloniis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerat.

[29] Ea cum Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo permotus, quod neque urbem ab insidiis priuato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret satis compertum habebat, rem ad senatum refert iam antea uulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decreuit darent operam consules ne quid res publica detrimenti caperet. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxuma permittitur: exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque ciuis, domi militiaeque imperium atque iudicium summum habere; aliter sine populi iussu nullius earum rerum consuli ius est.

Caps. 31-32: Catilina se retira del Senado. Cicerón pronuncia la primera Catilinaria

[31] Quibus rebus permota ciuitas atque inmutata urbis facies erat. Ex summa laetitia atque lasciuia, quae diuturna quies pepererat, repente omnis tristitia inuasit: festinare, trepidare, neque loco neque homini cuiquam satis credere, neque bellum gerere neque pacem habere, suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus rei publicae magnitudine belli timor insolitus incesserat, adflictare sese, manus supplicis ad caelum tendere, miserari paruos liberos, rogare omnia, pauere, superbia atque deliciis omissis sibi patriaeque diffidere.

At Catilinae crudelis animus eadem illa mouebat, tametsi

praesidia parabantur et ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Postremo, dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicut iurgio laccessitus foret, in senatum uenit. Tum M. Tullius consul, siue praesentiam eius timens siue ira conmotus, orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae, quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso uoltu, uoce supplici postulare a patribus coepit ne quid de se temere crederent: ea familia ortum, ita se ab adulescentia uitam instituisse ut omnia bona in spe haberet; ne existumarent sibi, patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Romanam essent, perdita re publica opus esse, cum eam seruaret M. Tullius, inquilinus ciuis urbis Romae. Ad hoc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam uocare. Tum ille furibundus: "Quoniam quidem circumuentus", inquit, "ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam."

[32] Deinde se ex curia domum proripuit. [...]

Caps. 50-52: Discursos -opuestos, ante el Senado, para decidir la suerte de los Conjurados de César y Catón

[50] Dum haec in senatu aguntur [...] Caesar, ubi ad eum uentum est, rogatus sententiam a consule huiusce modi uerba locutus est: [51] "Omnis homines, patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia uacuos esse decet. Haud facile animus uerum prouidet, ubi illa officiunt, neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit. [...] Magna mihi copia est memorandi, patres conscripti, quae reges atque populi ira aut misericordia impulsu male consuluerint. Sed ea malo dicere, quae maiores nostri contra lubidinem animi sui recte atque ordine fecere. [...]

Postquam Caesar dicendi finem fecit, ceteri uerbo alius alii uarie adsentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus sententiam huiusce modi orationem habuit: [...] "Quare

ego ita censeo: Cum nefario consilio sceleratorum ciuium res publica in maxuma pericula uenerit iique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum conuicti confessique sint caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in ciuis patriamque parauisse, de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumundum."

Caps. 59-61: Muerte de Catilina en Pistoia

... Catilina postquam fusas copias seque cum paucis relictum uidet, memor generis atque pristinae suae dignitatis in confertissimos hostis incurrit ibique pugnans confoditur.

[61] Sed confecto proelio tum uero cernereres, quanta audacia quantaque animi uis fuisset in exercitu Catilinae. Nam fere quem quisque uiuus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors praetoria disiecerat, paulo diuorsius, sed omnes tamen aduersis uolneribus conciderant. Catilina uero longe a suis inter hostium cadauera repertus est paululum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat uiuus, in uoltu retinens. Postremo ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam ciuis ingenuus captus est: ita cuncti suae hostiumque uitae iuxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi Romani laetam aut incruentam uictoriam adeptus erat; nam strenuissimus quisque aut occiderat in proelio aut grauiter uolneratus discesserat. Multi autem, qui e castris uisundi aut spoliandi gratia processerant, uolentes hostilia cadauera amicorum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita uarie per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur.